

*Varianam (cf. Tac. ann. 4, 42) in Germania inferiore tetendit inde ab excessu Augusti (Tac. ann. 4, 54 seq.; Mo. ad mon. Ancyra² p. 68 not. 1) usque ad a. 70, postea non memoratur. Aliorum quoque complurium eiusdem legionis militum et veteranorum epitaphia reperta sunt Bonnae, unum Coloniae Agrippinae (ann. Rhen. 1886, *infra N.* 2324). Eadem in titulo *infra N.* 2342 videtur appellari Germanica.*

2246 C. Largennius | C.¹ Fab. Luc.², mil. | leg. II³ γ Scaevae, | an. XXXVII stip. | XVIII, h. s. e.

*Prope Strassburg ad vicum Königshofen rep. (Straub antiquités Gallo-romaines de Königshofen, cf. ann. Rhen. 66, 1879 p. 72). — 1) Nota f. omissam, ut non raro in inscriptionibus militum provincialibus praeterita accurate scriptis (*infra N.* 2279; tituli Carnuntini arch. ep. Mitth. 4 p. 128, 5 p. 203, Poetovionenses ib. 10 p. 256, 15 p. 47, Britannicus C. VII 794). — 2) Tribu Fabia, domo Luca. — 3) Eiusdem legionis militum eodem loco tres alii tituli sepulcrales prodierunt (cf. Mommsen Korrespondenzbl. der westd. Zeitschr. 5 p. 431), unde colligi potest, legionem non procul ab eo loco per aliquod tempus stativa habuisse, unus prodiit Moguntiaci (Brambach 946). In omnibus his titulis legio appellatur secunda, sine cognomine. Significatur autem legio secunda cognomine Augusta, in Germania superiore tendens a. p. Chr. 14 (Tac. a. 4, 57), a Claudio in Britanniam translata (Tac. hist. 5, 44 cf. Suet. Vesp. 4; Tac. a. 14, 57, hist. 5, 22 cet.). Argentorati postea stetit legio octava Augusta.*

2247 C. Niger C. f. Pol. miss.¹ | Amasia, et M. | Longinus M. f. Pol. Gangr.², | mil. leg. III³ γ Laeli Tiron.

*Nicopoli prope Alexandream Aegypti rep. (III S. 6607 Mommsen vidit ectypum). — 1) Missicius. — 2) Gangris (Gangra oppidum Paphlagoniae). — 3) Legio tercia Cyrenaica, quae una cum duoetvicesima Deiotariana primo p. Chr. saeculo Alexandriae castra habuit (Tac. h. 5, 1; cf. *infra N.* 2282).*

2248 L. Cattonius L. f. Secundus Claud. Viru. | m. leg. IIII¹, an. XXIV, | sti. IIII, h. s. e. Heredes Cotti f. c.

*Moguntiaci (Brambach 2053 cf. p. XXXIV). — 1) Multa alia epitaphia militum huius legionis prope Moguntiacum prodierunt (Brambach 4150 seq.), unde apparet eam per aliquod tempus castra ibi habuisse, scilicet a temporibus Claudi, qui eam accitam ex Hispania suffecisse videtur legioni decimae quartae in Britanniam translatae (cf. N. 2262), usque ad a. 69 (Tac. hist. 1, 48 cet., cf. *infra N.* 2283. 2284); sed in illis epitaphiis omnibus, ut et alibi, appellatur quarta Macedonica.*

2249 Q. Annaeus | Q. f. Pol. Balbus Faventinus¹, ann. LIII, meiles | leg. V², donatus bis, IIvir Thuburn., h. s. e. Vixit | honeste. Et tu ave. Arbitratu Q. Annae[i] S]capulae.

*In Africa eo loco ubi fuit Thuburnica (VIII S. 44697 vidit Schmidt ectypum). — 1) Oriundus fuit Faventia. De domo per adiectivum significata cf. supra N. 2046. 2027. 2029. 2031, *infra N.* 2258. 2264. 2274. 2277. 2341. 2489. — 2) Fortasse legio quinta exercitus Caesaris dictatoris (bell. Afr. 28. 47. 60. 84. 84). Sub Augusto et eius successoribus duae fuerunt legiones quintae, Alauda et Macedonica.*

2250 T. Turpilius | T. f. Pap., m. leg. | VI¹, h. s. e.

In Andalusia prope Estepam, ubi fuit Ostippo Baeticae (II 1442 descr. Crepo Estepanus). — 1) Intellegitur legio sexta Victrix, anno p. Chr. 70 ex Hispania in Germaniam (Tac. hist. 4, 68), sub Hadriano e Germania in Britannium (supra